Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



euangelistis &iam mare galileae uel mare uberiades appellatur. plangit ergo dns
ciuitates. quae post tanta miracula atq: uirtutes non penituerint. peiores que gentib: qui natuae lesolum modo ius dissi pabant: post descriptae legis contemtum filium
quoq: di conculcare egrtyaq: ingratti spernere nontimuerunt.

Quia si IN tiro & sidone factae fuissent uirtutes quae IN uobis
factae sunt olim IN cilicio & cINere sedentes penitterent.

Impletum uidemus hodiedictu saluatoris. quia scilicet & corazain & bethsaida p sentu
dno credere noluerunt. Tyrus aut & sidon & quondam dauid & solomoni amicae
fuere & post euangelizantib: xpi credidere discipulis. tantaq: fidem deuotione suscipe
runt: ut paulum apostolum tyro abeuntem. cuncti ciues cum uxorib: & filiis usq: fores
ciuitatem psequerentur. pulcherrimoq: spectaculo tanta hominum multitudo paucissi
mos hospites. sed p xpi fide carissimos ad naues usq: uale faciunt deducere. sed quare non
olim his qui credere potuere. uerum iudaeis qui credere noluerunt sit euangelizatum. ipsius
scilicet unius uiuentis uiae. misericordia & ueritas. sane qd dns ait. In cilicio & cINere seden
tes penitterent. In cilicio qd de pilis capitum contexitur aspeitem peccati pungentis me
moria quam die iudicii sinistra pars. induenda significat. In cINere aut mortis consi
deratione. p qua tota humani generis massa in puluerem redigenda demonstrat.
Porro in sessione humiliationem ppriae conscientiae designat. De qua psalmista. surgite
post quam sedetis. qd dicere. humiliamini sub potenti manu di: ut uos exaltet
in tempore uisitationis.

Et tu capharnaum usque IN caelum exaltata. usque ad
IN fernum demerzeris.

Duplex in hac sententia sensus. uel ideo ad infernum demergeris. quia contra p dicatio
nem meam superbissime restitisti: uel ideo exaltata es usq: ad caelum meo hospitio ex meis sig
nis atq: uirtutib:. tantum habens priuilegium magorib: plesteris supplicii. qd his
quoq: credere noluisti. & ne quis putat & hanc in poenitentionem illis tantum modo ciuitatib:
uel psonis quae dnm in carne uidentes spernebant. & non omnib: qui hodieque euangelii uer
ba despiciunt conuenire. consequenter adiunxit dicens.

Qui uos audit me audit. & qui uos spernit me spernit.

Et in audiendo quisq: uel spernendo euangelii p dicatore. non uiles quasq: psonas. sed dnm
saluatorem. Immo ipsum patrem spernere se uel audire discere. Nam sequitur.

Qui autem me spernit. spernit eum qui me misit.

Quia pcul dubio in discipulo magister auditur. & in filio pat honoratur. potest & iam in
tellegi. qui uos spernit me spernit. qui non facit misericordiam unidefratribus
meis minimis. nec mihi facit. quia & ipse phis forma serui & pauperis habitu suscepit.